



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**Venetiis, 1518**

Tumulus Infantuli uagientis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13534**

TVMVLORVM

En flores, nardū ad tumulos balanūq; liquamus, PV.  
Ipse etiam lacrimæ sponte per ora fluunt.  
Nil infans ore infantī uix uagit. at ipse PRAE.  
Munera uestra pijs sedulæ obite modis.  
Lucili tibi lux nomen dedit, & dedit ipsa PV.  
Mater stella tibi, stellāq; luxq; simul.  
Eripuit nox atra, nigræ eripuere tenebræ.  
Vixisti, uix quot litera prima notat.  
Hos' ne dies? breue tam' ne tibi lux fulsit? & aure  
Maternum in nimbis sic tenuere iubar?  
Infelix fatum. puer heu male felix. heu q  
Nec puer es, nec lux, nec nisi inane quid es?  
Sit uobis ver perpetuum, ac sine nube puellæ, PRAE.  
Lucili, & cineri spiret inustus odor.

INFANTULI VAGIENTIS.

viator et Genius colloquuntur.

Mira fides, tumulo uagit puer, ecqua sub urna  
Umbra gemit? miseris en gemut umbra modis.  
Præsidet huic tumulo quisnam genius' ue deus' ue?  
Vnde hæc tam querulo uox geminata sono?  
Hic infans iacet Umbrenus, miserabilis infans,  
Viuit morte sua, crimine matris obit.  
Hæc urso assuescens, urso fit mater. ibidem  
Morte obita. mortem poena secuta sua est,  
Ut puer in tumulo uiuat, petat improba mater  
Ut Styga, & hinc Stygas nocte reportet aquas,  
Quis puerum in tumulo pascit. uagitus hic inde est.  
Poena obitus matri. uita quidem puero.